

Aristotelis de unitate Dei sententia.

Scripsit F. G. Starke.

Quod proemii conscribendi munus Collega, quem praematura morte nobis ereptum deploramus, susceperat, id mihi traditum est. Ac mihi quidem consideranti, quae potissimum res tractatu digna esset, non alienum visum est, explicare Aristotelis de unitate dei sententiam. Nam unitate dei, cuncta moderantis, percepta, quanta vel in rebus cognoscendis vel in moribus vitaeque institutis conformandis facta sit commutatio, quis est, qui nesciat? Praeclare igitur Schelling: „*Der Erste, dem auf dem Wege reiner Vernunftforschung als die alles versöhnende Lösung des grossen Räthsels der Gedanke in die Seele sprang, dass ein persönliches Wesen Urheber und Lenker der Welt sein möge, war davon unstreitig wie von einem Wunder gerührt, und in das höchste Erstaunen versetzt. Es war nicht nur ein kühner, es war schlechthin der kühnste aller Gedanken. Wie durch diesen erst alles menschlich wurde, so hatte der erste Finder von jenem persönlichen Wesen sicher eine ganz menschliche Vorstellung. Gewiss legte er die Hände nicht in den Schooss, sondern ging hinaus unter'n freien Himmel, und fragte die ganze Natur, die Sterne und die Berge, die Pflanzen und die Thiere, ob sie ihm keine Kunde geben von dem verborgenen, unerforschlichen Einen; oder er zog in ferne Lande, unter unbekanntem Menschen, Stämmen und Völkern nach Zeichen oder geschichtlichen Spuren dieses Wesens zu forschen. Aber gerade Er, der zu diesem Gedanken durch wissenschaftliche Forschung geleitet war, musste auch gleich am bestimmtesten erkennen, dass die vollkommen begründete Einsicht von der Existenz dieses Wesens nur die letzte Frucht der durchgebildetsten, umfassendsten Wissenschaft sein könne.*“ Constat autem, Aristotelem omnium philosophorum, quos Graecorum natio tulit, primum ratione ac via quaesivisse de unitate dei. Ac si cui forte quaestio illa, quam in libris metaphysicis instituit, inchoata et quodammodo perplexa videatur, is secum reputet, quam multis studiis, quanta animi mentisque contentione opus fuerit homini revelatione divina destituto, ut ad eandem sententiam, ad quam nos a prima pueritia sacris litteris imbuti et informati sumus, cogitatione sola perveniret. Hoc autem non ita dico, quasi arbitrer, eandem fuisse Aristotelis de uno deo sententiam, quam nos ex sacris litteris haustam tenemus: immo vero maxima est diversitas inter eam sentiendi rationem de hac re atque eam quam nos sequimur, ac summa differentia rationis ac viae quam ingressus est Aristoteles: nam ab ingenti rerum varietate ac multitudine exorsus, cogitando ascendit ad unitatem mundi, ab hoc ad dei unitatem rerum universitatem moderatricem, atque inde reversus rerum principia constituit. Postquam omnium rerum naturas pervestigavit earumque causas ac rationes exploravit et gentium mores et instituta cognovit et

singularum disciplinarum principia constituit, ad primum philosophiam sive theologiam, quae libris metaphysicis continetur, se contulit. Qua re ex his potissimum Aristotelis de uno deo sententia petenda videtur.

Sed quaeritur, quid de illo libello, qui de mundo inscriptus est, statuendum sit: num pro fonte, ex quo Aristotelis doctrina haurienda sit, haberi possit. Sunt enim, qui dubitent, num libellus ille ab Aristotele sit conscriptus. Offendunt enim prae ceteris in genere scribendi, quod diversum sit ab eo genere gravi, conciso, nervoso, quo Aristoteles in ceteris scriptis uti soleat. Sed quid impedit, quominus unus idemque vir, multis litteris eruditus, pro consilio scriptiois diverso, diverso genere scribendi utatur? Scriptus est libellus ille ad Alexandrum, regem gloriae cupidum et rerum magnarum gerendarum studiosum. Commendavit scriptor regi majora et altiora petenti philosophiam tamquam rem divinam et principis persona dignissimam, quippe quae non in levibus, sed in rebus gravissimis versaretur. cfr. Prooem. C. I. *πρέπειν δὲ οἶμαι γε καὶ σοὶ ἡγεμόνων ὄντι ἀρίστω, τὴν τῶν μεγίστων ἱστορίαν μειύειναι, φιλοσοφία τε μηδὲν μικρὸν ἐπινοεῖν, ἀλλὰ τοῖς ταύτης δώροις δεξιούσθαι τοὺς ἀρίστους.* Fecit igitur scriptor, sive sponte sua, sive rogatus, earum rerum, in quas philosophorum studia incumberent, adumbrationem quandam atque, omissa omni disserendi subtilitate, eo orationis genere, quod ad Alexandri ingenium ac personam aptum videretur, usus est. cfr. C. VI. *λοιπὸν δὴ περὶ τῆς τῶν ὄλων συνεκτικῆς αἰτίας κεφαλαιωδῶς εἰπεῖν, ὄντιρόπον καὶ περὶ τῶν ἄλλων πλημμελὲς γὰρ, περὶ κόσμον λέγοντας, εἰ καὶ μὴ δι' ἀκριβείας, ἀλλ' οὖν γε ὡς εἰς τυπώδη μάθησιν τὸ τοῦ κόσμου κυριώτατον παραλιπεῖν.* Orationem vero non solum ad rei naturam, verum etiam ad eorum, qui audiunt, consuetudinem et usum accommodandam esse, concedit quidem Aristoteles, at idem ille contendit, logica eruditione opus esse, ut intelligatur, quae ratio docendi in quolibet genere disciplinarum sit sectanda. *Metaph. α, 2. αἱ δ' ἀκροάσεις κατὰ τὰ ἔθνη συμβαίνουσιν ὡς γὰρ εἰώδαμεν, οὕτως ἀξιοῦμεν λέγεσθαι — οἱ μὲν οὖν, ἐὰν μὴ μαθηματικῶς λέγη τις οὐκ ἀποδέχονται τῶν λεγόντων, οἱ δ', ἂν μὴ παραδειγματικῶς, οἱ δὲ μάλιστα ἀξιοῦσιν ἐπάγεσθαι ποιητῆν: καὶ οἱ μὲν πάντα ἀκριβῶς, τοὺς δὲ λυπεῖ τὸ ἀκριβὲς ἢ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι συνείρεν ἢ διὰ τὴν μικρολογίαν. ἔχει γὰρ τι τὸ ἀκριβὲς τοιοῦτον, ὥστε καθάπερ ἐπὶ τῶν συμβολαίων, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἀνελεύθερον εἶναι ἡμῖν δοκεῖ. διὸ δεῖ πεπαιδευθῆναι πῶς ἕκαστα ἀποδεικτέον.* In summis ac simplicissimis rerum principiis exquirendis et indagandis summa disserendi subtilitas (*ἀκριβεία*) adhibenda est. Nam quo quid a materia et sensuum perceptione remotius est et sua ipsius natura simplicius, eo exactior et certior cognitio. *Met. 1. 2. σχεδὸν δὲ καὶ χαλεπώτατα ταῦτα γνωρίζειν τοῖς ἀνθρώποις, τὰ μάλιστα καθόλου· πορρωτάτω γὰρ τῶν αἰσθησέων ἐσὶν ἀκριβέσταται δὲ τῶν ἐπιστημῶν αἱ μάλιστα τῶν πρώτων εἰσὶν καὶ ὅσῳ δὴ ἂν περὶ προτέρων τῶ λόγῳ καὶ ἀπλουστερόν, τοσούτῳ μᾶλλον ἔχει τὰκριβές· τοῦτο δὲ τὸ ἀπλοῦν ἐστὶν ὥστε ἄνευ τε μεγέθους μᾶλλον ἢ μετὰ μεγέθους, καὶ μάλιστα ἄνευ κινήσεως.* cfr. *Analyt. post. I. 2.*

C. H. Weisse libro de mundo, quem nostro sermone interpretatus est, contineri veram ac solidam Aristotelis theologiam sibi persuasit. cfr. ad Caput VI. „Mit voller Ueberzeugung dürfen wir es daher aussprechen, dass unter allen Philosophen des Alterthums Aristoteles derjenige ist, dessen Vorstellung von Gott als Schöpfer, Erhalter, Ordner und Regierer der Welt der christlichen am nächsten kommt: wobei indessen auch dies als bedeutsam erscheinen muss, dass er diesen Begriff noch nicht, (was erst einer weiter vorgeschrittenen Speculation vergönnt sein kann,) streng wissenschaftlich begründet, sondern nur in

einer beredten exoterischen Darstellung, mit entschiedener Rücksicht freilich auf die speculative Nothwendigkeit dieses Ergebnisses, ihn veranschaulicht hat.“ At vero theoria, quam vir cl. requirit, libris metaphysicis continetur, quos ille quidem tanquam Aristotele indignos parvi aestimat, verba autem, quae interpres respicit: *σωτήρ μὲν γὰρ ὄντως ἀπάντων ἐστὶ, καὶ γενέτωρ τῶν ὀπωσδήποτε κατὰ τόνδε τὸν κόσμον συντιελουμένων, ὁ Θεός*, ut cetera omnia, quae sequuntur, non tam ad intelligentiam, quam ad opinionem veri facta et composita sunt. Etenim, ut eum Aristotele loquar, τὸ ὄν, non τὸ διότι designant. cfr. Elem. log. Arist. Trendelenburg §. 16, 17. Quis libri de mundo auctor fuerit, non liquet. Conjecturas missas faciamus, modo illud teneatur, Graecum librum exstitisse, priusquam Apulejus suum ex eo conficeret librum, cfr. Hildebrand de Apuleji scriptis Caput II. Nemo autem hodie dubitat, quin libri metaphysici ab Aristotele conscripti sint. Qua re ex his potissimum libris argumenta petemus, librum de mundo explicationis causa adhibebimus.

In rerum causis ac principiis disquirendis principem locum quaestio de substantia obtinet. Nam, quum ex substantia cetera omnia, quae praedicantur, apta sint, imprimis a philosopho id requiritur, ut substantiae notionem teneat. Met. lib. IV, 2. *πανταχοῦ δὲ κυρίως τοῦ πρώτου ἢ ἐπιστήμη, καὶ ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται, καὶ δι' ὃ λέγονται. εἰ οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἡ οὐσία, τῶν οὐσιῶν ἂν δεοί τας ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον.* Met. VII, 1. *καὶ δὴ καὶ τὸ πάλα τε καὶ νῦν καὶ αἰεὶ ζητούμενον καὶ αἰεὶ ἀπορούμενον, τί τὸ ὄν, τοῦτό ἐστι τίς ἡ οὐσία.* Met. XII ab initio: *περὶ τῆς οὐσίας ἢ θεωρία, τῶν γὰρ οὐσιῶν αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἶτια ζητοῦνται· καὶ γὰρ εἰ ὡς ὅλον τι τὸ πᾶν, ἢ οὐσία πρῶτον μέρος· καὶ εἰ τῶ ἐφεξῆς, καὶ οὕτω πρῶτον ἢ οὐσία, εἶτα τὸ ποιόν, εἶτα τὸ ποσόν. ἅμα δ' οὐδ' ὄντα ὡς εἰπεῖν ἀπλῶς τὰλλα, ἀλλὰ ποιότητες καὶ κινήσεις — εἰ οὐδὲν τῶν ἄλλων χωριστόν.* Atque hanc quidem de notionem substantiae constituenda quaestionem prae ceteris philosophis sibi adsumit Aristoteles. Met. IV, 2. *ἐπεὶ οὖν τοῦ ἐνὸς ἢ ἐν καὶ τοῦ ὄντος ἢ ὄν, ταῦτα καθ' αὐτὰ ἐστὶ πάθη, ἀλλ' οὐχ ἢ ἀριθμοὶ, ἢ γραμματεῖ, ἢ πῦρ, δῆλον ὡς ἐκείνης τῆς ἐπιστήμης καὶ τί ἐστὶ γνωρίζαι καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτοῖς, καὶ οὐ ταύτη ἀμαρτάνουσιν οἱ περὶ αὐτῶν σκοπούμενοι ὡς οὐ φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' οὐ πρότερον ἢ οὐσία, περὶ ἧς οὐδὲν ἐπαίονσιν.*

Triä autem substantiarum genera distinguit, quorum unum res terrestres, quae nascuntur et intereunt, continet, alterum corpora caelestia, tertium substantiam immobilem. Met. XII, 1. *οὐσίαι δὲ τρεῖς, μία μὲν αἰσθητὴ, ἧς ἢ μὲν αἰδῖος, ἢ δὲ φθαρτὴ, ἣν πάντες ὁμολογοῦσιν, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα ἢ δ' αἰδῖος ἧς ἀνάγκη τὰ στοιχεῖα λαβεῖν εἴτε ἐν εἴτε πολλά, ἄλλη δὲ ἀκίνητος.* — Atque hanc quidem substantiam immobilem unam eandemque esse et numero et notionem diserte dicit Aristoteles. Met. XII, 8. *ἐν ἄρα καὶ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ τὸ πρῶτον κινῶν ἀκίνητον ὄν καὶ τὸ κινούμενον ἄρα αἰεὶ καὶ συνεχῶς ἐν μόνον· εἰς ἄρα οὐρανὸς μόνος.* — Significantius eandem sententiam sub fine ejusdem libri expressit Homeri verbis: „*οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίῃ· εἰς κοίρανος ἔστω.*“ cfr. de Mundo cap. VII. *εἰς δὲ ὢν — sc. Θεός — πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν, ἅπερ αὐτὸς νεοχμοῖ. καλοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ Ζήνα καὶ Δία, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς καὶ εἰ λέγομεν, δι' ὃν ζῶμεν.* Attamen aliis locis plures substantias moventes, easdemque immobiles, aeternas, materiae immunes, idem ille posuit. Met. XII, 6. *δεῖ ἄρα εἶναι ἀρχὴν τοιαύτην ἧς ἢ οὐσία ἐνεργεῖα. εἰ τοίνυν ταύτας δεῖ τὰς οὐσίας εἶναι ἄνευ ὕλης. αἰδῖος γὰρ δεῖ, εἰ πέρ γε καὶ ἄλλοι αἰδῖον. ἐνεργεῖα ἄρα.* — cap. 8. *φανερὸν τοίνυν*

ὅτι ἰοσαύτως τε οὐσίας ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τε φύσιν αἰθίου καὶ ἀκινήτους καθ' αὐτὰς καὶ ἄνευ μεγέθους. Quae quidem locorum repugnantia multas facessit interpretibus molestias ac dubitationes, utrum ab uno deo an a pluribus diis hanc rerum universitatem regi voluerit. Nam Bonitz ad cap. 8, lib. XII, libere profitetur, se non posse perspicere, quomodo jam, neglecta prorsus ea multitudine principiorum, ex unitate principii moventis concludat unitatem coeli. Schwegler in eo potissimum offendit, quod paene eodem loco nunc unum mundi motorem nunc multos illos planetarum motores ab omnipotentia et materiae admixtione immunes esse contendit. Met. XII, cap. 8. Zeller II, pag. 443: „Wie sich die Annahme weiterer, ewiger Substanzen ausser dem ersten Bewegenden mit dem „οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη“ vertragen soll, hat Aristoteles weder gezeigt, noch lässt es sich zeigen.

Sed, quum non sit credibile, Aristotelem tantopere repugnasse sibi in rerum principiis constituendis, rem, quantum poterimus, explicare conabimur.

Ac primum quidem ex his locis, quos supra attulimus, apparere arbitror, unum deum ab Aristotele esse positum. At quaeritur, quo sensu eum unum esse voluerit, et in quo differat unus ille a ceteris substantiis, quas easdem immobiles et aeternas esse statuit, ac praeterea, quae sit ejusdem ratio ad mundum. Ordiamur igitur a principiis rerum coelestium.

Aristoteles, postquam pauca de earum rerum, quae sub sensus cadunt, principiis praemisit, de ea substantia immobili, quam supra commemoravit, Met. XII, 1. exponere conatus est. c. 6. ἐπεὶ δὲ ἦσαν τρεῖς οὐσίαι, δύο μὲν αἰ φησικαὶ, μία δ' ἡ ἀκίνητος, περὶ ταύτης λεκτέον, ὅτι ἀνάγκη εἶναι τινα αἰθίου οὐσίαν ἀκίνητον. Duo enim ad coeli motum aeternum explicandum ponit principia immobilia, sempiterno actu moventia. Unum (τὸ αἰεὶ ὡσαύτως ἐνεργοῦν), quod τὸ πρῶτον vocatur, movet coelum primum (τὸν πρῶτον οὐρανόν), i. e. stellarum fixarum sphaeram, alterum vero (τὸ αἰεὶ ἐνεργοῦν ἄλλως καὶ ἄλλως) movet planetarum sphaeras, ita ut ex eorum vario motu rerum terrestrium generatio pendeat atque interitus. Ratio autem, quae inter haec duo principia moventia, quae per se immobilia sunt, intercedit, haec est: alterum principium (τὸ αἰθίου τοῦ ἄλλως), quod tamquam causa efficiens varios efficit planetarum motus, ex eo principio, quod stellarum fixarum motum orbicularem efficit (τὸ αἰθίου τοῦ αἰεὶ ὡσαύτως), aptum est, qua re alterum altero superius est (οὐκοῦν βέλτιον τὸ πρῶτον). Utrumque autem principium actu aeterno movet universum caelum (τοῦ αἰεὶ ἄλλως ἄμφω δηλονότι). Qua re aliis principiis ad caeli motum aeternum explicandum non opus est. Nam aeternitati principiorum moventium respondet motuum corporum coelestium aeternitas: οὐκοῦν οὕτως καὶ ἔχουσιν αἰ κινήσεις· τί οὖν ἄλλας δεῖ ζητεῖν ἀρχάς;

Sed quum fere omnes interpretes opinentur, hoc loco ad interpretandum admodum difficili de causis causatis (τοῖς αἰτιατοῖς) i. e. motis, non de summis rerum principiis ac primis causis immobilibus sermonem esse, locum exscribamus: ὅστι' οὐχ ἦν ἄπειρον χρόνον χάος ἢ νύξ, ἀλλὰ ταῦτά αἰεὶ ἢ περιόδῳ ἢ ἄλλως, εἴπερ πρότερον ἐνέργεια δυνάμεως. εἰ δὲ τὸ αὐτὸ αἰεὶ περιόδῳ. δεῖ τι αἰεὶ μένειν ὡσαύτως ἐνεργοῦν. εἰ δὲ μέλλει γένεσις καὶ φθορὰ εἶναι, ἄλλο δεῖ εἶναι αἰεὶ ἐνεργοῦν ἄλλως καὶ ἄλλως. ἀνάγκη ἄρα ὡδὲ μὲν καθ' αὐτὸ ἐνεργεῖν, ὡδὲ δὲ κατ' ἄλλο· ἦτοι ἄρα καθ' ἕτερον ἢ κατὰ τὸ πρῶτον. ἀνάγκη δὲ κατὰ τοῦτο· πάλιν γὰρ ἐκεῖνο αὐτῷ τε αἰθίου ἀκείνῳ. οὐκοῦν βέλτιον τὸ πρῶτον· καὶ γὰρ αἰθίου ἦν εἶναι τοῦ αἰεὶ ὡσαύτως, τοῦ δ' ἄλλως ἕτερον· τοῦ δ' αἰεὶ ἄλλως, ἄμφω δηλονότι. οὐκοῦν οὕτως καὶ ἔχουσιν αἰ κινήσεις. τί οὖν ἄλλας δεῖ ζητεῖν ἀρχάς;

Bonitz et Schwegler cum Alexandro Aphrodisiensi existimant, his verbis αἰεὶ ὡσαύτως ἐνεργ-

γοῦν fixarum stellarum sphaeram, illis ἀεὶ ἐνεργοῦν ἄλλως καὶ ἄλλως planetarum sphaeras atque in his Solis sphaeram potissimum significari. Ad hanc suam interpretationem confirmandam adferunt de gen. et corr. L. II, 10. ἐπεὶ δ' ὑπόκειται καὶ δέδεικται συνεχῆς οὕσα τοῖς πράγμασι καὶ γένεσις καὶ φθορὰ, φαιμέν δ' αἰτίαν εἶναι τὴν φθορὰν τοῦ γίνεσθαι, φανερόν ὅτι μιᾶς μὲν οὕσης τῆς φθορᾶς οὐκ ἐνδέχεται γίνεσθαι ἄμφω διὰ τὸ ἐναντία εἶναι· τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἀεὶ, τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν. ὥστε ἤτοι γένεσις ἀεὶ ἔσται ἢ φθορὰ. δεῖ δὲ πλείους εἶναι τὰς κινήσεις καὶ ἐναντίας· τῶν γὰρ ἐναντίων τὰναντία αἷτια. διὰ καὶ οὐχ ἡ πρώτη φθορὰ (i. e. ἡ ἀπλανῆς) αἷτια ἐστὶ γένεσεως καὶ φθορᾶς, ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ συνεχῆς ἐστὶ καὶ τὸ κινεῖσθαι δύο κινήσεις ἀνάγκη γὰρ, εἴ γε ἀεὶ ἔσται συνεχῆς γένεσις καὶ φθορὰ, ἀεὶ μὲν τι κινεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐπιλείπωσιν αὐταὶ αἰ μεταβολαί, δύο δ', ὅπως μὴ θάτερον συμβαίη μόνον. τῆς μὲν οὖν συνεχείας ἢ τοῦ ὅλου φθορὰ αἷτια, τοῦ δὲ προσιέναι καὶ ἀπιέναι, ἢ ἔγκλισις. — Neque vero negari poterit, ex hoc loco allato apparere, cum universi coeli tum potissimum Solis motum ac mutationem pro causa, unde fiat generatio et interitus (ᾧθεν ἡ κίνησις), ab Aristotele haberi: at hac causa aliae causae priores sunt, quae si non essent priores, omnino nullus esset motus neque ulla generatio. De his primis causis, ex quibus ceterae causae aptae sunt, Aristoteles, ut mihi quidem videtur, hoc nostro loco exponere instituit. Qua re sic existimo: illud δεῖ τι ἀεὶ μένειν ὡσαύτως ἐνεργοῦν non fixarum stellarum sphaeram, ut illi interpretes volunt, significare, sed causam primam eamque immobilem atque actu aeterno stellarum fixarum sphaeram eundem in modum moventem, id quod his verbis sequentibus καὶ γὰρ αἷτιον ἦν ἐκεῖνο (τὸ πρῶτον) τοῦ ἀεὶ ὡσαύτως confirmatur. Illud vero δεῖ τι ἀεὶ μένειν, quod non interpretantur, cap. VII. explicatur his verbis ἔστι τι ὃ οὐ κινούμενον κινεῖ. confer. Met. XI, 2. πῶς γὰρ ἔσται τάξις μήνιος ὄντιος αἰδίου καὶ χωριστοῦ καὶ μένοντος; Alterum principium τὸ ἀεὶ ἐνεργοῦν ἄλλως καὶ ἄλλως illas substantias, quas aeternas, materiae expertes, actu perpetuo moventes εἰς τοίνυν ταύτας δεῖ τὰς οὐσίας εἶναι ἄνευ ὕλης. αἰδίου γὰρ δεῖ, εἴ πέρ γε καὶ ἄλλο τι αἰδίου. (ἐνεργεῖα ἄρα.) una notione comprehendit. His substantiis partes coeli significari, ut Schwegler putat, non est consentaneum; nam partes coeli cum materia conjunctae sunt, substantiae autem illae, quarum mentio supra facta est, materiae expertes dicuntur: immo vero substantiae a materia segregatae significantur, a quibus planetarum varii motus efficiuntur: ἐπεὶ δε τὸ κινούμενον ἀνάγκη ὑπὸ τινος κινεῖσθαι, καὶ τὸ πρῶτον κινεῖν ἀκίνητον εἶναι καθ' αὐτό, καὶ τὴν αἰδίου κίνησιν ὑπὸ αἰδίου κινεῖσθαι καὶ τὴν μίαν ὑφ' ἐνός, ὁρῶμεν δὲ παρὰ τὴν τοῦ παντός τὴν ἀπλήν φθορὰν, ἣν κινεῖν φαιμέν τὴν πρώτην οὐσίαν καὶ ἀκίνητον, ἄλλας φθορὰς οὕσας τὰς τῶν πλανήτων αἰδίου, ἀνάγκη καὶ τούτων ἐκάστην τῶν φθορῶν ὑπ' ἀκίνητον τε κινεῖσθαι καθ' αὐτό καὶ αἰδίου οὐσίας. — φανερόν τοίνυν ὅτι τοσαύτας τε οὐσίας ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τε φύσιν αἰδίου καὶ ἀκίνητους καθ' αὐτὰς καὶ ἄνευ μεγέθους (i. e. ὕλης). Ratio autem, quae inter utrumque principium intercedit, videtur esse haec: illud, quod primo loco positum est, principatum tenet, quia nulla alia causa intercedente primi coeli motum aeternum regit: οὐκοῦν βέλιον τὸ πρῶτον. Quod altero loco positum est, id, quamvis secundum suam ipsius naturam — καθ' αὐτό — moveat, tamen ex eo, quod primum est, aptum est. Nam quod primum est, id causam in semet ipso habet positam (est enim causa sui ipsius), alterum vero causam ex primo ascitam habet. Movet igitur non solum secundum suam ipsius naturam, verum etiam secundum naturam ejus, quod principem locum occupat. Itaque motus planetarum ab utroque

principio efficitur — τοῦ δ' αἰεὶ ἄλλως ἄμφω δηλονότι. — Ac quoniam ab his duobus principiis aeterno actu moventibus aeterni coeli universi motus pendet atque ex ejus motu sempiterno suspensa est continua generationis et interitus vicissitudo, non aliis principiis opus est — οὐκοῦν οὕτως καὶ ἔχουσιν αἱ κινήσεις. τί οὖν ἄλλας δεῖ ζητεῖν ἀρχάς;

Qua re non dubitamus, quin Aristoteles h. l. ex primis causis quum coeli universi motum, tum ex ejus motu generationis et interitus vicissitudinem explicare voluerit. Quae quidem loci interpretatio tum iis, quae praecedunt, tum iis, quae inde consequuntur, confirmatur. De immobili enim substantia Aristoteles c. VI. expositurus est: Ἐπεὶ δ' ἦσαν τρεῖς οὐσίαι, δύο μὲν αἱ φυσικαὶ, μία δ' ἡ ἀκίνητος, περὶ ταύτης λεκτέον, ἵτι ἀνάγκη εἶναι τινα αἰδίου οὐσίαν ἀκίνητον.

Postquam igitur motus et temporis perpetuitatem posuit, quaerit causam ejus perpetuitatis, atque hanc quidem causam actu esse ait perpetuo: Πῶς γὰρ κινήθησεται, εἰ μὴθὲν ἔσται ἐνεργεῖα αἴτιον; οὐ γὰρ ἢ γε ὕλη κινήσει αὐτὴ ἑαυτήν. C. VI. Praeterea ad motum aeternum explicandum requirit substantiam sive causam, quae non potentia sit, sed actus aeternus. Ἐνδέχεται γὰρ τὸ δυνάμει ὄν μὴ εἶναι. δεῖ ἄρα εἶναι ἀρχὴν τοιαύτην ἧς ἡ οὐσία ἐνεργεῖα.

Nam si potentia actu prior esset, illi recte sentirent, qui ex nocte omnia genita esse arbitrantur. Deinde refellit eos, qui motum quidem aeternum ponunt, at non causam ejus afferunt. Tum laudat Anaxagoram et Empedoclem, quod alter mentem in causis primis habuerit, alter amorem et contentionem. Quod si Aristoteles, his praemissis, de eo actu, qui in motu cernitur (καὶ ἐνεργεῖα ἔστιν ἢ κινεῖται), exposuisset, a proposito aberrasset. Nam de substantia immobili ἀνευ ὕλης, quae quidem actu aeterno est, exponere voluit.

Verba autem: εἰ δὲ μέλλει γένεσις καὶ φθορὰ εἶναι non modo ad proximam causam, quae ex motu Solis vario petenda est, sed etiam ad remotiorem causam varium Solis motum efficientem referenda sunt, quod confirmari videtur eo, quod perpetuam generationem ad Deum, mundi effectorem, Aristoteles refert: Ἐπεὶ γὰρ ἐν ἅπασιν αἰεὶ τοῦ βελτίονος ὀρέγεσθαι φημεν τὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι ἢ τὸ μὴ εἶναι, τοῦτο δ' ἀδύνατον ἐν ἅπασιν ὑπάρχειν διὰ τὸ πόρρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνέπληρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. de gen. et corr. II. 10. Praeterea tenendum est, ex multis aliis causis, quibus generationem et interitum effici ait, Solis motum varium unam esse eam, ex qua continua eorum vicissitudo pendeat (τὸ ὄθεν ἢ κινήσις). Ceterae enim causae vel ex natura materiae vel ex forma vel ex substantiae ejusque rei notione ac fine repetuntur: ὥστ' ἀνάγκη γένεσιν εἶναι καὶ φθορὰν περὶ τὸ δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ εἶναι διὸ καὶ ὡς μὲν ὕλη τοῦτ' ἐστὶν αἴτιον τοῖς γενητοῖς, ὡς δὲ τὸ οὐ ἔνεκεν ἢ μορφή καὶ τὸ εἶδος τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τῆς ἐκάστην οὐσίας. de gen. et corr. II. 9. Cfr. Met. XII. 5. ἀνθρώπου αἴτιον τὰ τε στοιχεῖα, πῦρ καὶ γῆ ὡς ὕλη, καὶ τὸ ἴδιον εἶδος καὶ εἴ τι ἄλλο ἔξω, οἷον ὁ πατήρ, καὶ παρὰ ταῦτα ὁ ἥλιος καὶ ὁ λοξὸς κύκλος, οὔτε ὕλη ὄντα οὔτ' εἶδος οὔτε ὁμοειδές, ἀλλὰ κινουῦντα.

Quae deinceps (Met. XII. 7.) sequuntur, ea confirmant, quae capite superiori (6.) significata sunt. Ac primum quidem illud consequitur, ut, si actus prior est quam potentia et causa efficiens prior quam effectus, neque ex nocte, ut theologi et physici putant, neque ex materia rerum initia ac progressionem repeti possint. Nam fieri potest, ut, quod potentia est, id aliquando non sit. Ἐπεὶ δ' οὕτω τ' ἐνδέχεται, καὶ εἰ μὴ οὕτως, ἐκ νυκτὸς ἔσται καὶ ὁμοῦ πάντων καὶ ἐκ μὴ ὄντος,

λύοιτ' ἂν ταῦτα. Cfr. quae praecedunt c. 6. καίτοι εἰ ὡς λέγουσιν οἱ θεολόγοι οἱ ἐκ νυκτὸς γεν-
 τῶντες, ἢ ὡς οἱ φυσικοὶ ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα φασί, τὸ ἀντὶ ἀδύνατον. πῶς γὰρ κινηθήσεται,
 εἰ μὴδὲν ἔσται ἐνεργεία αἴτιον; οὐ γὰρ ἢ γε ὕλη κινήσει αὐτὴ ἑαυτήν. Deinde, si causa aeterno
 actu eundem in modum movet τὸ ὡσαύτως αἰεὶ ἐνεργοῦν — αἴτιον τοῦ αἰεὶ ὡσαύτως. c. 6., illud
 consequitur, ut continuus sit coeli primi motus orbicularis, id quod non solum ex ratiocinatione,
 verum etiam ex re, i. e. sensuum evidentia apparet. c. 7. καὶ ἔστι τι αἰεὶ κινούμενον κίνησιν
 ἄπαντον, αὐτὴ δ' ἢ κύκλω· καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ μόνον ἀλλ' ἔργῳ δῆλον· ὡς αἰεὶ αἰεὶ ὡς αἰεὶ ὁ πρώτος
 οὐρανός. Ac praeterea, quum effectus causam efficientem vicissim requirat, consequitur, ut sit aliquid,
 quod coeli primi motum aeternum efficiat: ἔστι τοίνυν τι καὶ ὁ κινεῖ. Denique, quum id, quod
 movetur, etiam moveat, (ex stellarum enim fixarum motu planetarum motus pendet, a planetarum
 motu vario generationis et interitus vicissitudo), consequitur, ut immobilis quaedam sit substantia,
 quae actu suo aeterno et coeli primi et planetarum motus contineat ac moderetur. ἐπεὶ δὲ τὸ κινού-
 μενον καὶ κινεῖν, καὶ μέσον τοίνυν ἔστί τι ὃ οὐ κινούμενον κινεῖ, αἰεὶ αἰεὶ, καὶ οὐσία καὶ ἐνερ-
 γεια οὐσα.

Conjecturas, quas ad hunc locum explicandum fecerunt interpretes cf. Schwegler ad h. I.,
 praetermittamus. Offenderunt his potissimum verbis: καὶ μέσον τοίνυν ἔστί τι ὃ οὐ κινούμενον
 κινεῖ, quum illud μέσον τι potius ad coeli motum, quam ad substantiam immobilem referendum esse
 arbitrarentur. Sed verborum sententiarumque consequentia plana videtur, modo concedamus, duo
 illa principia universum coelum moventia, de quibus supra dictum est, in unum principium colligi et
 substantiae unius notione comprehendendi. Nam illa duo principia moventia pro differentiis habenda
 sunt, quibus una eademque substantia vim suam explicat ac manifestat. Immobilis autem dicitur
 haec substantia, ut a ceteris omnibus substantiis, quae in motu versantur, eximatur. Medium universi
 coeli locum tenens et fixarum stellarum sphaeram et planetarum sphaeras actu aeterno movet ac
 dirigit. Quod si Aristoteles huic substantiae immobili aliis locis. Phys. VIII. 10. localem quandam
 existentiam adscribit, in eo vel ad opinionem accommodat orationem suam vel quod verisimilius est
 id spectat, ut eam cum re, quae in sensus cadit quam arctissime conjungat. Nam substantia illa,
 quum materiae, magnitudinis, mutationis, passionis expers sit et ab omni corporis concretionem se-
 juncta, consequitur, ut ea neque moveatur (οὐ γὰρ κινεῖται τὸ ἀμέγεθες Phys. VIII, 10.) neque ullus
 locus sit, quem tamquam sedem teneat: διόπερ οὐτ' ἐν τόπῳ τάκεῖ πέφυκεν, οὔτε χρόνος αὐτὰ
 ποιεῖ γηράσκειν, οὐδ' ἐστὶν οὐδενός οὐδεμίας μεταβολῆ τῶν ὑπὲρ τὴν ἐξωτάτω τεταγμένων φορᾶν,
 ἀλλ' ἀναλλοίωτα καὶ ἀπαθῆ τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν καὶ τὴν ἀταρκεσιάνην διατελεῖ τὸν ἄπαντα
 αἰῶνα. De coelo I, 7. Ὅτι μὲν οὖν ἔστιν οὐσία τις αἰεὶ αἰεὶ καὶ ἀκίνητος καὶ κεχωρισμένη τῶν
 αἰσθητῶν, φανερόν ἐκ τῶν εἰρημένων· δέδεικται δὲ καὶ ὅτι μέγεθος οὐδὲν ἔχει ἐνδέχεται ταύτην
 τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἀμερῆς καὶ ἀδιαίρειός ἐστιν. Met. XII, 7. Nam praeter res sensibiles si nullum
 esset principium, quo rerum universitas determinaretur, rerum principia in infinitum progredierentur:
 οὐκ ἔστι τὸ ἄπειρον διελθεῖν, neque ullus esset ordo: εἴτε μὴ ἔσται παρὰ τὰ αἰσθητὰ ἄλλα,
 οὐκ ἔσται ἀρχὴ καὶ τάξις καὶ γένεσις καὶ τὰ οὐράνια, ἀλλ' αἰεὶ τῆς ἀρχῆς ἀρχή, ὡσπερ τοῖς
 θεολόγοις καὶ τοῖς φυσικοῖς πᾶσιν. Qua re eam pro termino habet, quo univversus mundus sit
 inclusus, hoc tamen sensu, ut non solum sit causa finalis, verum etiam causa formalis (τὸ οὐδ' ἐνεκά,
 τὸ τί ἦν εἶναι).

Sed res altius repetenda est. Ex unitate enim principii moventis, immobilis, concludit Aristoteles coeli unitatem. Qua re primum quaerendum est, quid coeli nomine designare voluerit. Comprehendit nimirum hoc coeli nomine totius mundi universitatem: De coelo I, 9. *ἓνα μὲν οὖν τρόπον οὐρανὸν λέγομεν τὴν οὐσίαν τὴν τῆς ἐσχάτης τοῦ παντός περιφορᾶς, ἣ σῶμα φυσικὸν τὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ περιφορᾷ τοῦ παντός· εἰώδαμεν γὰρ τὸ ἔσχατον καὶ τὸ ἄνω μάλιστα καλεῖν οὐρανόν, ἐν ᾧ καὶ τὸ θεῖον πᾶν ἰδρῦσθαι φαμεν. ἄλλον δ' αὖτὸν τρόπον τὸ συνεχές σῶμα τῇ ἐσχάτῃ περιφορᾷ τοῦ παντός, ἐν ᾧ σελήνη καὶ ἥλιος καὶ ἕνια τῶν ἄστρον καὶ γὰρ ταῦτα ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι φαμεν. ἔτι δ' ἄλλως λέγομεν οὐρανὸν τὸ περιεχόμενον σῶμα ὑπὸ τῆς ἐσχάτης περιφορᾶς· τὸ γὰρ ὅλον καὶ τὸ πᾶν εἰώδαμεν λέγειν οὐρανόν.* Solet enim Aristoteles ex eo, quod perfectum est, ea, quae minus perfecta sunt, judicare ac nominare, ut ex summo bono cetera bona, ut ex optima civitatis constitutione ceteras ejus constitutiones. Praeterea hic mundus ex cuncta materia constat, ita ut praeter eum, qui nunc est, nullus alius neque esse neque unquam nasci possit.

Qua re eum ad rerum singularum similitudinem refert: *ὁ δ' οὐρανὸς ἔστι μὲν τῶν καθ' ἕκαστα καὶ τῶν ἐκ τῆς ὕλης· ἀλλ' εἰ μὴ ἐκ μορίων αὐτῆς συνέστηκεν ἀλλ' ἐξ ἀπάσης, τὸ μὲν εἶναι αὐτῷ οὐρανῷ καὶ τῷδε τῷ οὐρανῷ ἕτερόν ἐστιν, οὐ μέντοι οὐτ' ἂν εἴη ἄλλος οὐτ' ἂν ἐνδέχοιτο γενέσθαι πλείους διὰ τὸ πᾶσαν τὴν ὕλην περιελιγμένα τοῦτον.*

Denique distinguit Aristoteles ab hoc mundo, qui ex forma et materia compositus est, notionem ejus (*τὸ τί ἦν εἶναι*), a rebus compositis I, 9: *ἐπεὶ οὖν ἐστὶν ὁ οὐρανὸς αἰσθητός, τῶν καθ' ἕκαστον ἂν εἴη· τὸ γὰρ αἰσθητὸν ἅπαν ἐν τῇ ὕλῃ ὑπῆρχεν. εἰ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον, ἕτερον ἂν εἴη τῷδε τῷ οὐρανῷ εἶναι καὶ οὐρανῷ ἀπλῶς· ἕτερον ἄρα ὅδε ὁ οὐρανὸς καὶ οὐρανὸς ἀπλῶς καὶ τὸ μὲν ὡς εἶδος καὶ μορφή τὸ δὲ τῇ ὕλῃ μεμιγμένον.* Neque enim ignorabat, praeter mundum ex cuncta materia compositum aliud requiri ad unitatem ejus demonstrandam. Locus, ad quem nos remittit, hic est: *ὅτι δὲ εἰς οὐρανὸς, φανερόν. εἰ γὰρ πλείους οὐρανοὶ ὡσπερ ἄνθρωποι, ἔσται εἶδει μία ἢ περὶ ἕκαστον ἀρχή, ἀριθμῷ δὲ γε πολλά. ἀλλ' ὅσα ἀριθμῷ πολλά, ὕλην ἔχει. εἰς γὰρ λόγος καὶ ὁ αὐτὸς πολλῶν, οἷον ἀνθρώπων, Σωκράτης δὲ εἰς. τὸ δὲ τί ἦν εἶναι οὐκ ἔχει ὕλην τὸ πρῶτον· ἐντελέχεια γὰρ. ἐν ἄρα καὶ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ τὸ πρῶτον κινεῖν ἀκίνητον ὄν· καὶ τὸ κινούμενον ἄρα αἰεὶ καὶ συνεχῶς ἐν μόνον. εἰς ἄρα οὐρανὸς μόνος.* Met. XII, 8.

Bonitz de hoc loco ita judicat: verborum explicatio difficilis; extrema certe verba: *Σωκράτης δὲ εἰς*, quomodo explicanda putem equidem non video — quoniam enim exemplo illustrare studet hanc propositionem: *ὅσα ἀριθμῷ πολλά, ὕλην ἔχει*, jure exspectes singulorum hominum diversitatem ex materia repetendam commemorari. Schw. ad. h. l. *Der Sinn ist: der Begriff des Menschen ist einer und derselbe, Socrates aber ist einer unter Vielen seines Gleichen, ein einzelnes Exemplar. Wäre er nur Begriff (ein καθόλου ἄνθρωπος), so könnte er dies nicht sein. Er hat also Materie und ist eins unter Vielen vermöge seiner Materie.* Utraque interpretatio a vero aberrasse videtur. Neque enim h. l. id demonstrare vult Aristoteles, unde fiat, ut ea, quae una forma contineantur, multa sint, ut homines et cetera omnia, quae eandem formam habent, id quod de coel. I, 9 monuit: *ἐπὶ πάντων γὰρ οὕτως ὁρῶμεν, ὅσων ἢ οὐσία ἐν ὕλῃ ἐστίν, πλείω καὶ ἄπειρα ὄντα τὰ ὁμοειδῆ*: sed quaerit, quid illud sit, quod ex forma et materia unum faciat, nam ut Socrates, ex forma et materia constans, unus est (*Σωκράτης δὲ εἰς*) sic totus mundus, ex forma et universa materia compositus unus est. Quaerit igitur *τὸν λόγον ἐνοποιόν* sive *τὸ τί ἦν εἶναι*, nam *τὸ τί ἦν εἶναι*

efficit, ut forma et materia, quae utraque potentia est, in unum actum coëant, Met. VIII, 6: *τί οὐν τούτου αἴτιον τοῦ τὸ δυνάμει ὄν ενεργεία εἶναι, παρὰ τὸ ποιῆσαν, ἐν ὅσοις ἐστὶ γένεσις; οὐδὲν γὰρ ἔστιν αἴτιον ἕτερον τοῦ τὴν δυνάμει σφαῖραν, ενεργεία εἶναι σφαῖραν, ἀλλὰ τοῦτ' ἦν τὸ τί ἦν εἶναι ἑκατέρω* (i. e., *τῆ ὕλη καὶ τῆ μορφῆ*). Qua re verba Σωκράτης δὲ εἰς et quae sequuntur ita interpretanda esse arbitror, ut sensus hic sit: quemadmodum Socrates, qui singulus est homo eamque ob causam ex forma et materia constat, propter notionis unitatem (*τὸ τί ἦν εἶναι*) unus est, ita mundus, qui ex forma et cuncta materia compositus est eamque ob causam in rebus singulis habendus, propter notionis, qua continetur, unitatem unus est. *Οἷον ὁ Καλλίας καθ' αὐτὸν Καλλίας, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι Καλλία*. Met. V, 18. *εἰ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον, ἕτερον ἂν εἶη τῶδε τῶ οὐρανῷ εἶναι καὶ οὐρανῷ ἀπλῶς*. Aliud igitur est *τὸ τί ἦν εἶναι οὐρανῷ* aliud mundus, qui in sensum cadit, nam *τὸ τί ἦν εἶναι* eam essentiam significat, quae quum materiae exspers sit, actu prior est, quam substantia ex forma et materia composita. Met. VII, 7. *εἶδος δὲ λέγω τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστου καὶ τὴν πρώτην οὐσίαν. λέγω δ' οὐσίαν ἄνευ ὕλης τὸ τί ἦν εἶναι*.

Ac quoniam ex his verbis *τὸ δὲ τί ἦν εἶναι οὐκ ἔχει ὕλην τὸ πρώτον ἐντελέχεια γὰρ* efficitur, ut unum et numero et notione sit principium movens immobile ἐν ἄρα καὶ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ *τὸ πρώτον κινῶν ἀκίνητον ὄν*, illud quoque consequitur, ut idem illud principium movens et causam formalem et causam finalem (*αἴτιον ὡς τὸ εἶδος, αἴτιον ὡς τὸ τέλος*) in se contineat. Notio enim, quae facit ut res, quae potentia est, actu una sit, ἐντελέχεια est: de anim. II, 1. *τὸ γὰρ ἐν καὶ τὸ εἶναι ἐπεὶ πλεοναχῶς λέγεται, τὸ κυρίως ἢ ἐντελέχειά ἐστιν*. Praeterea ἢ ἐντελέχεια finis, ad quem tendit motus, significationem habet, finis autem non solum in iis rebus est, quae non moventur (*τὸ οὐ ἔνεκα ἐν τοῖς ἀκινήτοις*), verum etiam omni generatione ac motu prior (*τὰ μὲν γὰρ αἰδία πρότερα τῆ οὐσίᾳ τῶν φθαρτῶν*). Est igitur illud principium movens immobile actus, qui in rebus ad unitatis notionem, vel conformandis, vel constituendis, vel perficiendis cernitur. Met. XII, 10. *ἔτι τίνα οἱ ἀριθμοὶ ἐν ἧ ἢ ψυχῇ καὶ τὸ σῶμα καὶ ὅλος τὸ εἶδος καὶ τὸ πρᾶγμα, οὐδὲν λέγει οὐδέίς· οὐδ' ἐνδέχεται εἰπεῖν. ἐάν μὴ ὡς ἡμεῖς εἴπη, ὡς τὸ κινῶν ποιεῖ*. Phys. III, 2. *εἶδος δὲ αἰεὶ οὔσεται τι τὸ κινῶν, ἧτοι τόδε ἢ τοιόνδε ἢ τοσόνδε, ὃ ἔσται ἀρχὴ καὶ αἴτιον τῆς κινήσεως, ὅτιαν κινή, οἷον ὁ ἐντελεχία ἀνθρωπος ποιεῖ ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος ἀνθρώπου ἀνθρώπων*. Praeterea principium illud, quia unum est, ceteris substantiis causa unitatis est. Met. X, 1. *ὡσθ' ἐν ἂν εἶη πρῶτον τὸ ταῖς οὐσίαις αἴτιον τοῦ ἑνός*. Ab altera autem parte omnes naturae pro sua quaeque notione id, quod aeternum ac divinum est, appetunt; de anim. II, 4. *πάντα γὰρ ἐκείνου (τοῦ αἰεὶ καὶ τοῦ θείου) ὀρέγεται, κάκεινον ἔνεκα πράττει ὅσα πράττει κατὰ φύσιν*. Phys. I, 9. *ὄντιος γὰρ τινος θείου καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἐφειτοῦ, τὸ μὲν ἐναντίον ἀντιφραμεν εἶναι, τὸ δὲ ὃ πέφυκεν ἐφείσθαι καὶ ὀρέγεσθαι αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐναντιοῦ φύσιν*. Haec est ratio, quae inter mundum atque principium movens immobile intercedit. Haec illa θείσις, qua id, quod movetur tangitur, principium autem movens immobile non tangitur. De gen. et corr. I, 7. *ὥστε εἴ τι κινεῖ ἀκίνητον ὄν, ἐκεῖνο μὲν ἂν ἄπειρο τοῦ κινήτου ἐκείνου δὲ οὐδέν*. Hoc est vinculum unitatis, quo universa rerum natura cum Deo conjuncta est. *ἐκ τοιαύτης ἄρα ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις*.

Totus autem mundus (*τὸ ὅλον*), quamvis in tres regiones sit divisus, quarum extremam stellarum fixarum sphaera, alteram planetarum sphaerae, mediam terra et ceterae res terrestres occupant, uno tamen vinculo continetur *ὡς οὔσης τῆς ὁλότητος ἐνότητός τινος*. Met. V, 27.

Quemadmodum enim omnes animi facultates, *τὸ θρησκευτικόν, τὸ αἰσθητικόν, τὸ ὀρεκτικόν, τὸ κινήτικόν, τὸ διανοητικόν*, notione *τῆς ψυχῆς*, comprehenduntur, ita notio summi principii omnia sua

momenta intelligibilia, quae rerum singularum causae et formales et finales sunt, unitate sua: comprehendit τὸ γὰρ τέλος τὸ περιέχον τὸν τῆς ἐκάστου ζωῆς χρόνον, οὗ μὴθὲν ἔξω κατὰ φύσιν, αἰὼν ἐκάστου κέκληται. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τὸ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ τέλος καὶ τὸ τὸν πάντα χρόνον καὶ τὴν ἀπειρίαν περιέχον τέλος αἰὼν ἔστιν de coel. I, 9. ὥστε ζωὴ καὶ αἰὼν συνεχῆς καὶ αἰδῖος ὑπάρχει τῷ θεῷ· τοῦτο γὰρ ὁ θεός. Met. XII, 7. ἡ τῶν ὄλων συνεκτικὴ αἰτία de mundo VI. Et quemadmodum forma artificis animo concepta artis opera procreat, ita intellectus divinus ex se procreat ac gignit rerum formas ἀπὸ τέχνης γίγνεται ὅσων τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ. εἶδος δὲ λέγω τὸ τί ἦν εἶναι ἐκάστου καὶ τὴν πρώτην οὐσίαν — ὥστε συμβαίνει τρόπον τινα ἐξ ὑγείας τὴν ὑγίαν γίνεσθαι καὶ τὴν οἰκίαν ἐξ οἰκίας, τῆς ἄνευ ὕλης τὴν ἔχουσαν ὕλην — καὶ ὁ νοῦς εἶδος εἰδῶν. De anim. III, 5. Itaque ex eodem principio omnes naturae vitam et existentiam ducunt. ὅθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήρηται, τοῖς μὲν ἀκριβέστερον τοῖς δ'ἀμεινῶς, τὸ εἶναι τε καὶ ζῆν. Jure igitur contendere potuit scriptor libri de mundo, Deum omnium rerum auctorem esse et perfectorem σωτήρ μὲν γὰρ ὄντως ἀπάντων ἐστὶ, καὶ γενέτωρ τῶν ὅπωςδήποτε κατὰ τὸνδε τὸν κόσμον συντελουμένων, ὁ θεός.

Planetae, corpora divina, aeterna eademque animantia feliciorē vitam, quam omnia animantia his in terris, agunt, quum sint divinitatem propiores. Quoniam autem ex forma et materia constant, consequitur, ut iisdem principiis, quibus res naturales, regantur. De gen. et corr. II, 9. εἰσὶν οὖν καὶ τὸν ἀριθμὸν ἴσαι καὶ τῷ γένει αἱ αἰτιαὶ αἴπερ ἐν τοῖς αἰδῖοις τε καὶ πρώτοις. Atque haec quidem principia sunt causa finalis, causa formalis, causa movendi. Quae quidem principia saepe in unum colliguntur atque ita movent, ut non ipsa moveantur. Phys. II, 7. ἔρχεται δὲ τὰ τρία εἰς τὸ ἓν πολλάκις· τὸ μὲν γὰρ τί ἐστὶ καὶ τὸ οὐ ἔνεκα ἐν ἐστὶ, τὸ δ'ὅθεν ἢ κίνησις πρώτων τῷ εἶδει ταῦτο· τούτοις ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ — διτταὶ δὲ αἱ ἀρχαὶ αἱ κινῶσαι φυσικῶς, ὧν ἡ ἑτέρα οὐ φυσικὴ· οὐ γὰρ ἔχει κινήσεως ἀρχὴν ἐν αὐτῇ. τοιοῦτον δ' ἐστὶν εἴ τι κινεῖ μὴ κινούμενον, ὥσπερ τὸ τε παντελῶς ἀκίνητον καὶ τὸ πάντων πρώτων καὶ τὸ τί ἐστὶ καὶ ἡ μορφή· τέλος γὰρ καὶ οὐ ἔνεκα. Quare non possum, quin illos planetarum motores immobiles pro divinae notionis universalis, cujus unitate universus mundus contineatur, momenti habendos esse existimem. Tantum igitur abest, ut eorum multitudo unitatis notioni opposita sit, ut eam confirmet. Nam motores illi, quos deos esse opinantur, singula singularum planetarum principia sunt, a quibus universale illud principium immobile, quo cetera continentur, distingui debet. Met. XII, 4. ὑγεία γὰρ πῶς ἢ ἰατρικὴ, καὶ οἰκίας εἶδος ἢ οἰκοδομικὴ, καὶ ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾷ· ἔτι παρὰ ταῦτα ὡς τὸ πρώτων πάντων κινῶν πάντα. De gen. et corr. XI, 10. ἐπεὶ δ' ἀνάγκη εἶναι τι τὸ κινῶν, εἰ κίνησις ἐστὶν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις, καὶ εἰ αἰεὶ, ὅτι αἰεὶ τι δεῖ εἶναι, καὶ εἰ συνεχῆς, ἐν τὸ αὐτὸ καὶ ἀκίνητον καὶ ἀγέννητον καὶ ἀναλλοίωτον· καὶ εἰ πλείους εἶεν αἱ κύκλω κινήσεις, πλείους μὲν, πάσας δὲ πῶς εἶναι ταύτας ἀνάγκη ὑπὸ μίαν ἀρχὴν. De part. anim. II, 4. ἀρχὴν δὲ τούτων ἀναγκαῖον εἶναι μίαν· ὅπου γὰρ ἐνδέχεται, μίαν βέλτιον ἢ πολλὰς. Cfr. quae de his verbis XII, 5: οὐκοῦν βέλτιον τὸ πρώτων· καὶ γὰρ αἰὼν ἦν ἐκεῖνο τοῦ αἰεὶ ὡσαύτως, τοῦ δ' ἄλλως ἕτερον. τοῦ δ' αἰεὶ ἄλλως ἄμφω δηλονότι, exposita sunt. Momenta autem illa intelligibilia (τὰ νοητά), quum a materia et magnitudine immunia sint, non possunt dispartiri et numerari, ut res ex forma et materia compositae, sed natura ac notione unita sunt. ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην, πάντα ἀπλῶς ὅπερ ἐν τι. Met. VIII, 6. ὅσα μὴ ὕλην ἔχει τὸ αὐτὸ ἐστὶν. XII, 7. δέδεικται δὲ καὶ ὅτι μέγεθος οὐθὲν ἔχει ἐνδέχεται ταύτην τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἀμερῆς καὶ ἀδιαίρετός ἐστιν. Sed haec haec hactenus.

Restat, ut demonstretur, quo sensu Aristoteles Deum, nulla ratione mundi habita, numero unum per se esse voluerit.